Capita populi. feros·phetmoab·elā·ʒe
thu·bani·bonni·aʒgad·bebai·adonai·
beggoai·adin·ather·eʒechia·aʒur odeuia
aſum·beſai·areth·anathot·nebei·mech-
phia·moſollam·aʒir·meſiʒabel·ſadoch·
ieddua·felthia·anan·ania·oſee·anania·
aſub·aloes·phaleā·ſobech·reū·aſebua·
madſia·ethaia·hanan·anan·meiluch·a-
rem·baana: ⁊ reliqui de populo. Sacer
dotes leuite ianitores ⁊ cantores nathin
nei: ⁊ omnes qui ſe ſeparauerūt de ꝑplis
terraꝝ ad legem dei·vxores eoruʒ·filij eo
rum·⁊ filie eoꝝ omnes qui poterāt ſape
ſpondentes ꝓ fratribꝰ ſuiſ·optimates eo
rum ⁊ qui veniebant ad pollicendum et
iurandum vt ambularent in lege domi-
quam dederat in manu moyſi ſerui ſui:
vt facerent ⁊ cuſtodirent vniuerſa māda
ta dn̄i dei noſtri·⁊ iudicia eius et cerimo
nias eius: ⁊ vt non daremus filias nr̄as
populo terre: ⁊ filias eorum non accipe-
mus filijs noſtris. Populi quoqʒ terre
qui important venalia ⁊ omnia ad vſuʒ
per diem ſabbati vt vendāt: non accipie-
mus ab eis in ſabbato ⁊ in die ſanctifica
ta. Et dimittemus annum ſeptimum·⁊
exactiōem vniuerſe manus. Et ſtatuemꝰ
ſuper nos precepta vt demus terciam p-
tem ſycli per annum ad opus domuſ dei
noſtri ad panes ꝓpoſitōis ⁊ ad ſacrificiū
ſempiternum ⁊ in holocauſtuʒ ſempiter
num in ſabbatis in kalendis in ſolēnita
tibꝰ ⁊ in ſanctificatis ꝓ peccato vt exoreſ
ꝓ iſrael: et in omnem vſum domus dei
noſtri. Sortes ergo miſimus ſuper ob-
latōnem lignoꝝ inter ſacerdotes et leui-
tas ⁊ ꝑplm: vt inferrētur in domum dei
noſtri per domos patrum noſtroruʒ per
tempora a tēporibꝰ anni vſqʒ ad annum
vt arderent ſuper altare dn̄i dei noſtri: ſi
cut ſcriptum eſt in lege moyſi Et vt affer
remus primogenita terre noſtre ⁊ primi
tiua vniuerſi fructus omnis ligni: ab an
no in annum: in domo dn̄i et primitiua
filioꝝ noſtrorum ⁊ pecoꝝ noſtroꝝ: ſicͫ ſcri
ptum eſt in lege·⁊ primitiua boum nr̄oꝝ
⁊ ouium noſtrarum vt offerrētur in do-
mo dı̄ noſtri ſacerdotibꝰ qui miniſtrant
in domo dei noſtri. Et primitias ciboruʒ
noſtroꝝ ⁊ libaminū noſtroꝝ ⁊ poma om
nis ligni: vindemie quoqʒ ⁊ olei affere-
mus ſacerdotibꝰ ad gaʒophilatium dei
noſtri: ⁊ decimam ꝑtem terre noſtre leui
tis. Ipſi leuite decimas accipient ex oībꝰ
ciuitatibꝰ opeꝝ noſtrorum. Erit autē ſa-
cerdos filius aaron cum leuitis in deci-
mis leuitaꝝ·⁊ leuite offerent dcimam p
tem decime ſue in domo dei noſtri ad ga
ʒophilatium in domo theſauri. Ad gaʒo-
philatium enī deportabūt filij iſrael et fi-
lij leui primitias frumenti ⁊ vini et olei
⁊ ibi erunt vaſa dn̄i ſanctificata: ⁊ ſacer-
dotes ⁊ cantores et ianitores et miniſtri
⁊ non dimittemus domum dei noſtri

## C XI

Habitauerunt autem pͥcipeſ po
puli in hieruſalem Reliqua ve
ro plebs miſit ſortem vt tolleʒ
vnam ꝑtem de decem qui habitaturi eſ
ſent in hieruſalem ciuitate ſancta: noueʒ
vero partes in ciuitatibꝰ. Bn̄dixit autem
populus omnibꝰ viriſ qui ſe ſponte obtu
lerant vt habitarent in hieruſalem. Hij
ſunt itaqʒ principes ꝓuincie qui habita
uerunt in hieruſalem ⁊ in ciuitatibus iu
da. Habitauit autem vnuſquiſqʒ in poſ
ſeſſione ſua in vrbibꝰ ſuis iſrael: ſacerdo
tes. leuite·nathinnei·⁊ filij ſeruorum ſa-
lomonis. Et in hieruſalem habitauerūt
de filijs iuda ⁊ de filijs beniamin. De fi-
lijs iuda: athaias filiꝰ aʒiam·filij ʒacha-
rie·filij amarie. filij ſaphatie·filij malale
hel. De filijs phares: hiſmaaſia filiꝰ ba-
ruch: filius coloʒa: filius aʒia: filius ad-
adia: filius ioarib: filius ʒacharie: filius
ſilonites. Omnes hi filij phares q̄ hita
uerunt in hieruſalem·quadringenti ſexa
ginta nouem viri fortes. Hi ſunt autem

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0439
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG